



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 33. Gallorum victoria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

**S**ecul. XVI. rario discernendi copia erat, donec Ita-  
**A.C. 1509.** lorum peditatus tanto impetu in Gallos  
 pedites effunderetur, ut his in fugam a-  
 ctis stationem in acie caperet. Hæc  
 pugnæ auspicia certam Venetis victoriam  
 polliceri videbantur; Italorum enim &  
 Gallorum legiones intermixtæ dimica-  
 bant, omnique ex parte tumultuaria e-  
 rat pugna, nec hostis ferme ab hoste am-  
 plius dignoscebatur: Verum, ut non ra-  
 ro præcipue in belli eventibus fieri amat,  
 ubi exigui momenti casus maximas in-  
 dicunt rerum vicissitudines, ac victoriae  
 palmam illi tribuunt, qui ejusdem spe  
 votisque jamjam dejectus videbatur; ita  
 etiam tam opportuno consilio bellica  
 Gallorum tormenta inter arbusta collo-  
 cabantur, atque hostium oculis subducta  
 tanto impetu in eorum agmina detona-  
 bant, ut Veneti, qui aduersus vim adeo  
 inexpectatam nullatenus sese præmu-  
 nierant, plurimum deficerent, divisisque  
 Phalangibus late perrumpendi viam præ-  
 berent.

### §. XXXIII.

#### *Gallorum vittoria.*

**V**enetis igitur hinc inde dispersis cæsis-  
 que Gallorum equites, quibus nec-  
 dum pugnandi copia obtigerat, hostium  
 confusionem in rem suam vertebant, in  
 eosque omni ex parte tanto furore irrum-  
 pebant,

pebant, ut Veneti ruptis eorum ordinibus **Sæcul. XVI.**  
 summa, qua poterant, velocitate auffuge- **A.C. 1509.**  
 rent, desideratis suorum quamplurimis,  
 minor tamen erat equitum strages, utpo-  
 te qui celeri fuga sibi consuluerunt; pe-  
 dites vero ingenti clade affetti fuere &  
 si Guicciardino fides, octo millia Italorum  
 trucidata numerabantur, cunctaque eo-  
 rum tormenta, ac sarcinæ victoribus in  
 prædam cesserunt, Belliducum genero-  
 sissimis qua captis, qua occisis. Gallo-  
 rum in hoc prælio cæforum numerus  
 quingentos haud superabat, quos inter  
 nullus ex prima Nobilitate occubuerat,  
 quinimo nonnulli Scriptores hunc calcu-  
 lum ad ducentos duntaxat restrin-  
 gunt (\*); nullumque Ducem genere  
 conspicuum fuisse occisum affirmant.

*Guicc. lib. 8.*

Denique Petilianus Comes fugæ sese *Cardin. Cen-*  
*dedit, Livianus vero lanceæ iætu oculo* *traren. de*  
*vulneratus, suoque equo excussus, in ca-* *rep. lib. 5.*  
*ptivitatem abstractus est.*

### §. XXXIV.

(\*) Hanc victoriam Gallis tam exiguo  
 suorum dispendio stetisse, ægre Lector a par-  
 tum studio alienus sibi persuadebit, præcipue  
 cum Heuterus lib. 7. cap. 7. & Gerardus de  
 Roo lib. 12. p. 573. disertis verbis testentur,  
 quod apud Gallos equitum jactura major fue-  
 rit quam apud Venetos, atque ad octodecim  
 hominum milia utrinque desiderata, nonnulli  
 prodiderint.